



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXIV. Markgraf Otto von Brandenburg überläßt dem Jungfrauen-Kloster zu
Anckun bei Zerbst alle im Lande Zerbst besessenen Eigenthumsrechte,
am 16. Oktober 1264.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

ceritatem ueſtram exinde merito commendemus; alioquin Venerabili fratri noſtro Epifcopo Verdenſi per litteras noſtras iniungimus, ut ſuper hoc per ſe, uel alium mandatum apoſtolicum exequatur, Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compellendo. Datum apud Urbem ueterem, XII. Kalendas Julii, Anno Tertio.

Nach einer Abſchrift des Vaticanischen Geſ. Archives, Epist. Urbani IV. Anni III. Ep. 869. T. IV.

CXIII. Papſt Urban IV. empfiehlt dem Biſchofe von Halberſtadt den Capellan des Markgraſen Johann von Brandenburg zur Bekleidung mit einem andern Perſonate, da derſelbe die Leitung der Scholaſtei niederlegen will, am 4. Juli 1264.

Urbanus etc. Epifcopo halberſtadenſi. — Laudabilis conuerſationis et uite dilectus filius hermannus, Scolasticus halberſtadenſis Eccleſie, preſbiter, Capellanus dilecti filii nobilis uiri Johannis, Marchionis Brandeburgeniſis, mereri dicitur, ut a benignitate Sedis apoſtolicę ſpecialis fauoris gratiam conſequatur. Cum itaque idem ſcolasticus Scolaſtriam ſuam ipſius Eccleſie, prout in noſtra propoſuit preſentia conſtitutus, uelit libere reſignare, noſ eum, intuitu meritorum huiusmodi, et obtemptu Marchionis preſati, paterna beniuolentia proſequentes, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eidem Scolaſtico predictam Scolaſtriam libere reſignare parato, ſi eſt idoneus, noſque in preſata Eccleſia nondum alio mandauimus prouideri, de alio perſonatu uel dignitate ad tuam collationem in Eccleſia ipſa ſpectante, ſi uacat ad preſens uel quamcito ſe facultas obtulerit, auctoritate noſtra, per te uel alium prouidere procureſ, non obſtante, ſi tibi a Sede apoſtolica ſit indultum, quod ad prouisionem alicuius minime tenearis, ſiue aliqua indulgentia Sedis eiſdem, per quam effectus huiusmodi gratie impediri ualeat uel differri, et de qua in noſtris litteris fieri debeat mencio ſpecialis, Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compellendo. Ita tamen, quod idem hermannus, prout requiret onus dignitatis uel perſonatus, de quo ſibi duxerit prouidendum, perſonaliter in eccleſia reſideat memorata, alioquin huiusmodi gratia nullius penitus ſit momenti, Prouiſo, quod idem H., quamcito dignitatem ſeu perſonatum huiusmodi aſſecutus fuerit, predictam Scolaſtriam omnino reſignet. Noſ enim nichilominus eo ipſo, quod perſonatum uel dignitatem huiusmodi fuerit aſſecutus, Scolaſtriam uacare decernimus memoratam. Datum apud Urbem ueterem, III. Nonas Julii, anno Tertio.

Nach einer Abſchrift aus dem Vaticanischen Geſ. Archive Urbani IV. Epist. Anni III. Epist. 1696 p. 322. T. IV.

CXIV. Markgraſ Otto von Brandenburg überläßt dem Jungfrauen-Kloſter zu Andam bei Zerbſt alle im Lande Zerbſt beſeſſenen Eigenthumsrechte, am 16. October 1264.

Pateat uniuerſis preſentes litteras inſpecturis, quod Nos Otto, Dei Gratia Brandenburgeniſis Marchio, proprietatem bonorum, que nos contingit in terra Zherewiſt,

Ecclesie sanctimonialium in Ankun contulimus perpetuo possidendam. Et ut nostra Donatio rata et grata futuris temporibus perseveret, presentes nostras literas dicte Ecclesie in evidens testimonium et robur validum duximus erogandas. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo LXIII., in die Sanctorum Confessorum Galli et Lulli.

Nach Beckmann's Inhalt, S. III, 226.

CXV. Pappst Clemens IV. befehlt in der Mark Brandenburg, so wie in Ungarn, Böhmen, Polen, Oestreich etc. das Kreuz gegen die Tataren zu predigen, am 25. Juni 1265.

Clemens etc. Strigonienſi et Colonienſi Archiepiſcopiſ. In generalem Mundi noticiam iam devenit, quod Tartarorum gens eſſera, de terre ſinibus impetuoſe progrediens, urbem munitiffimam et diverſam ſibi ſubiugaviſſe diſcoſcitur etiam regionem. Et quia permittente Domino, non ſolum de potentibus plurimiſ, ſed etiam de famoſiſ Regibus triumphavit, direptiſ in predam illorum divitiis, et boniſ deſiderabilibus aſportatiſ, nullam deinceps arbitratur inuenire potentiam, que ſibi reſiſtere valeat ſuper terram: Fortuna ſiquidem in ſui execrabiliſ proſecutione propoſiti ei olim taliter blandiente, huius gentiſ perfida in ſuperbiam magiſ ad magiſ ſemper erigitur, et in ſuiſ uanitatibus fortiuſ roboratur, dum id ſuiſ uiribus preſumit aſcribere, quod propter peccata populi ſibi aduerſarii cernitur accidiffe; quamuiſ uniuerſiſ grauiſ ſit nimium et infeſta criſticoliſ, tamen fidelibus de Regno Ungarie ac Polonie et conterminiſ partibus tanto magiſ occurrit horribiliſ et timenda, quanto fideleſ ipſi ſunt inter alioſ ei proximi, et illiuſ incurſum ac ſeuitiam, peccatiſ exigentibus quantoque grauiuſ ſunt perpeſſi. Porro, ſicut cariffimuiſ in chriſto filiuiſ noſter B., Ungarie Rex illuſtriſ, nobiſ expoſuit, per Nuncium ſpecialeſ nuper ad ipſum relatuſ fidedigno peruenit, quod Tartari memorati, aſſociatiſ ſibi quibuſdam aliis paganis eiſ adherentibus, et diuerſiſ ſuiſ exercitibus congregatiſ, in terras criſtianorum, predictiſ Regno Ungarie et Polonie conterminas, in breui proponunt inſultum facere, illoſque ſibi more ſolito ſubiugare, proceſſuri, quod abſit, ulteriuſ, niſi eiſ uiriliter reſiſtatur. Propter quod idem Rex, velut Princeps catholicuſ et in conſeruatione fidei ac fidelium ſtudioſuſ, ne in conſuſionem criſtiani populi poſſint ulteriuſ proficiſci, preuiſo diuine uirtutiſ auxilio proponit eiſ obuiare uiriliter, et repugnare potenter. Quia uero ſubſidium criſti fidelium ad hoc ei diſcoſcitur plurimum opportunum, fraternitati ueſtre per apoſtolica ſcripta firmiter precipiendo mandamuſ, quatinuſ in Ungaria, Boemia, Polonia, Stiria, auſtria, Carinthia, et marchionatu Brandeburgenſi per uoſ et alioſ ad hoc ydoneoſ, contra dictorum ſeuitiam Tartarorum, et aliorum paganorum eiſ adherentium, auctoritate noſtra uerbum Crucis cum omni diligentia predicetiſ reuerenter, illam omnibus, qui ſuſcipere ipſam uoluerint largituri. Noſ enim, ut quod pro diuini honore nominis tam digne depoſcitur effectu facili compleatur, omnibus de ipſorum Ungarie, Boemie et Polonie aliis que predictiſ partibus, qui aſſumpto crucis ſignaculo cum preſato Rege uel eiuiſ Vicario ad tam pium certamen in propriis laboribus et expenſis, Eiſ uero, qui in